

CHRISTY
451.

LEONIS PAP.
12.

VALENTIN. 27. IMPP.
MARCIANI 2.

(a) Exstant
apud Sur.
die 3. Ja-
nuarii.

XLII.

ginis Genovesæ Parisiorum civitas ab iisdem Hunnis servaretur illæsa: id quidem Acta (a) rerum ab ipsa gestarum testantur.

Sed quæ transacta sint inter Attilam & Lupum Trecentem Episcopum sanctitate clarum, ex Vita ipsius fidelissime scripta hic enarremus (b). Non longa (inquit auctor) post tempora Hunni erumpentes, & per totam Galliam diffusi, partim simulate pacis arte tenebant urbes, partim vi expugnabant. Ubi ad Trecentem infesto agmine venere civitatem, patentibus campis sitam, nec armis munitam, nec muris: sollicitus pius Antistes ad usitata se recipiens presidia, solus ad Deum fufis precibus, supernæ opis auxilio eam defendit. At immanis ille & ferus Attila fidei sancti viri altiori sensu suscipiens, pro sua exercitusque sui salute & incoluntate secum eum vult proficisci ad Rhenum usque, pollicens ei, ubi eo ventum sit, se ipsum dimissurum. Mox copia offertur ab eo loco revertendi: non negatur reditus, iter quoque indicatur. Orat tyrannus obnixè sanctum virum, ut velit pro ipso Dominum deprecari, interprete usus Hunigasto.

XLIII.

Reversus autem vir Dei, ut vidit se desperatione suorum turbatum, ad montis perfugium Latifonem cæteris solertior se sinavit, ut eo transferret plebem, quam orationum suarum suffragiis, discrimini subjacentem inter excidia publica & arma defenderat. Illud perfugium distat ab urbe milliaribus quinque & quadraginta. Manens vero illic biennii spatio, offensus raritate suorum eo venientium, Martifonem sibi censuit expetendam. Subdit miracula ab eo tunc edita, fidelissimum suorum temporum rerum scriptor, licet mul-

Ann. Eccl. Tom. VIII.

PAGIUS

triusque Servatii fundatum; atque inde vulgaris sententia magis evertitur; cum non solum sancti Servatii II. mortem a tempore cladis Hunnicæ removeat, & eum æqualem Lupo, Nicasio, Aniano, & Auctori fuisse neget; sed etiam diuturnum Interpontificium eo tempore excogitare cogatur, quo cæteræ omnes Galliarum Ecclesiæ suos Præsules habuerunt.

XVI.

Catalogi
Episcoporum
tam
Metensium
quam
Tungren-
sum sus-
deque
veris.

Tertio, ex eo errore factum, ut Episcopis, qui, post Servatium II. Episcopatum Tungrensi præfuerunt, longe plures annos, quam quibus federint, fuerint attributi, & aliquos ex illis jam hoc tempore mortuos fuisse falso supponatur; cum tamen quemadmodum Hesperius Episc. Metensis, qui præfatus Concilio Arverneni subscripsit, decimus est a sancto Auctore, Servatio II. coætaneo & amico, ut liquet ex libello Pauli Diaconi laudato; ita & Domitianus decimus Tungrensis Episcopus extiterit post Servatium secundum. Neque enim unius Servatii defensores Episcoporum Tungrensi Chronologiam pervertere potuerunt, quin simul tam feriem, quam tempora Episcoporum Metensium susdeque etiam verterent. Sed hæc fati contra vulgarem sententiam, quam tandem ab omnibus desertum iri non dubito. Cointius anno

ta nimia brevitate transilierit: nisi forte mutilata habeantur, quæ extant ejus Acta. Hæc enim alii superaddunt (c): Cum sanctus Lupus Attilæ Flagello Dei Hunnorum Principi occurrisset, & pro patria intercederet, & Princeps ferox delere omnino civitatem proponeret: divina virtute tum ipse, tum exercitus neminem videntes transferunt per civitatem a porta usque ad portam, veluti cæcitate percussi; sicque patria salvata est. Sed de his auctorem aliquem veterem non invenimus.

Qui autem fufus res Attilæ sunt profecuti, ista adiciunt (d): Lupus habitu indutus Pontificali, cum multitudine cleri, Attilæ advenienti sit obvius. In facta salutatione, interrogat Attilam, quisnam esset, qui tot Regibus devictis, nationibus, populisque prostratis, urbibus everfis, cuncta sibi subderet? Cui Attila: Ego, inquit, sum Rex Hunnorum Attila Flagellum Dei. Ad hæc Lupus: Et quis est mortalium, qui Dei flagello resisset? Veni igitur Dei mei flagellum: illoque utere, ut Deus concedit. Ad hæc verba Barbarus emollius, Trecentem urbem illæsam transit. Hæc ipsi. Cæterum Trecentium rerum sub Attila adhuc alia desiderari videntur, nimirum Acta martyrii S. Nemotii ejus Ecclesiæ Archidiaconi & sociorum, quos iustos ab Attila occidi, referunt Acta publica Ecclesiarum, in quibus septimo Idus Septembris relati iidem inter martyres habentur.

Lupum vero ipsum ad plures adhuc annos vitam propagasse, Sidonii epistola (e) ad eum scripta, cum jam novem (ut ait) quinquennia haberet in Episcopatu, demonstrat. Sed quantæ hic esset æstimationis, ex eisdem Sidonii epistolæ

(c) Petr.
Car. lib. 6.
c. 1. &
alii.
Occursus
Lupi cum
Attila.

XLIII.
(d) Nicol.
Ola. in
Attila. c. 9.

XLIV.
(e) Sidon.
lib. 6. ep. 1.
Lupi Trecentis laudes.

CDL. num. IV. & seqq. recte cum Valefio duos Servatios distinxit, sed perperam cum illo posteriori, non Servatium, sed Aravatium, aut Arvatium nominandum esse contendit, huicque non Agricolaum, sed Supplicium successisse; cum tamen in omnibus Catalogis XV. tantum Episcopus numeretur. Præterea cum Turonensis lib. 2. cap. 7. ut videre est apud Baronium num. XXXIX. scribat Hunnos in ipsa Sanctæ Paschæ vigilia ad Metensem urbem, ideoque die VII. Mensis Aprilis, in quam hoc anno Sabbatum Sanctum incidit, venisse, & antea cap. 5. prodatur Servatium, paulo antequam Hunni ad Tungrensem urbem accederent, in ea animam Deo reddidisse, mors ejus in hunc annum differenda. Eam in præcedentem Cointius coniecit, quod vulgari errore præoccupatus, arbitratus fuerit, Sanctos in Martyrologiis, diebus quibus mortui sunt, de more adscriptos fuisse. Servatius autem ad diem XIII. Maii in iisdem memoretur.

A num. XLI. ad XLIX. Baronius recte narrat accessum Hunnorum ad Urbes Metensem, Parisiensem, Trecentem & Aurelianensem, & Auctorem de Gestis Francorum juxta MS. Cameracense cap. 5. accurate scribit: Chuni Rhenum transierunt, Metis succenderunt, Trevisis disfrunt

XVII.
S. Nicastus
Martyrium
facit, &
vastatum
desiderat.